ACADEMIAE SANCTI ANDREAE,

Sereniſsimo ſuo Principi,
& Parenti

CAROLO

Magnæ Britanniæ, Franciæ,
& Hiberniæ Regi, Fi-
dei Defenſori adve-
nienti gratulatio.

Per PATRICIUM PANTERUM.

EDINBURGI
Excudebant Hæredes *Andreæ Hart*
1633.

21552

SE Iove Creta suo, se jactat Apolline Delos
Clavigero Thebæ, Thyrsigeroq; Deo.
Scotia te solo, se CAROLE celsior effert,
Te sat habet magnis opposuisse Diis.

Phoebi advocatio ad Regem ſalutandum.

Ia age, nunc totis redimi tibi tempora vittis
Phœbe pater, ſumptâque lyrâ, ſolitoque nitore
Lætior, & trabeæ venerando in ſyrmate ſacræ,
Cum toto procede choro; nunc caſtra ciere
Muſarum, & totis ultro procurrere turmis.
Hora vocat, vocat ecce novus tua fana ſubintrans
Hoſpes in occurſum; ſceptri qui ſponte ſuperbos
Demittens apices & non vulgaria iura
Æternus te viſit honos, quem ſecula veſtris

21552

Aſcribent titulis, & magno nomine condent.
Erg' age ſolennem venienti ducito pompam,
Invitaque Deos; certè Deus ille, Deûmve
Haud dubiè ſoboles, agnoſces ipſe decorem
Fraternum, & ſimiles radiatæ frontis honores.
Adſpicis ut primâ ſignet vix tonſa iuventâ
Florentes lanugo genas, ut tempora circum
Erret honos, oculi (tua nam mortalia vincunt
Lumina) ſcintillent volucres, Diumque renident
Omnia; cernis uti vultuſque animoſque videntum
In ſe unum rapiat, nec quis ſit agmine tanto
Alter & ætherio ſubſidant cuncta decori,
Ergo age divinum iuvenem, quo poſcit honore,
Quem portendit, adi, fauſto prior ore ſaluta,
Acclametque chorus; noſtras O quiſquis ad oras
Magne venis, ſeu forte Deus, generiſve Deorum.
Andreæ ſuccede lari parvoſque penates
Hoſpitio dignare tuo; nec numina rerum
Poma capit: Quoties (ſi dignum credere) viles
Non tuguri fumos, non antra exeſa, nec udæ

Ipſe pater Thetidos ſtillantes horruit ædes?
Nec tamen uſque adeo malè noſtra hîc numina habere
Magne putes, modicos intra anguſtata penates;
Hîc divi indigetes, hic nomina magna, repoſtis
(Vt fama eſt) advecta locis, hîc priſca parentum
Relligio; huc, Graijs cum baccharetur in oris
Barbarus, ac armis ſtreperet Parnaſſia rupes,
Excita fugere Deæ, trans æquora longis
Flexibus extremâ iuſſæ conſidere terrâ:
Hæ nobis propriæ ſedes; nec pœnitet uſquam
Hoſpitij, modicis ignoſce paratibus ingens.
Hæc illa eſt etiam, quam (ſi mortalia iura
Commemorare velim, neque ſunt mortalia prorſus
Iura, ſed Albinum dum vaſtus hic alluet orbem
Oceanus, terraſque reget Steuarta propago,
Haud illo caſura die) quam maximus ille,
Ille patrum, ſenis qui nomina regibus altis
Indidit auſpicijs, cui (ſi Deus indiges ipſe es)
Ingenti ſuccedis avo, non dicere natam,
Non audire parens, non accenſere ſororem

Margaridi

21552

Phœbi

Margaridi erubuit, non Ianæ, non Leonoræ,
Et Mariæ, Armoricum quæ tunc, Veriumque, domũq;
Auſtriacam, & magnis Ludovicum auxere hymenæis.
Ergo lubens dignare tuos, & priſtina iura
Officijs ſancito novis, natamque ſenectâ
Arentem quamvis, nudamque, inopemque nefandis
Exhauſtamque malis, nunc tanto impenſius, ultro
Et refove & formæ languentem redde priori;
Quæ generis fert ſigna ſui, priſcique decoris
Non pauca; en ipſæ ſpirant auguſta ruinæ.
Quas etiam vobis, ceu numine tactarecente,
Neſcio quid præter ſolitum novat, ecce nitorem
Inſuetum & lætoredeuntia gaudia vultu.
Adſpicis excelſas caput ultro inflectere turres
Et nutare tibi, tibi ſe delubra Deorum
Pandere, & auguſtis numenreſerare latebris.
Aſpicis ut totis ultro tibi geſtiat ulnis
Andreas, numenque loci, tibilimina gratus
Diſtendat, valviſque vocet bipatentibus intro.
Aſpicis ut curas nunc officioſus in omnes

Diſcurrat

advocatio.

Discurrat, cieatque artus; te lumine solum
Intendens, Carolumque suum vocitetque frematque.
Te sibi tantos vix post sibi reddier annos
Optatum credit, nec sat cernitve, tenetve,
Illachrymans, dextraque hæret, suaque oscula figit.
Ergo lubens tantos ne dedignare vocantes
Nec desis votis; sic nullâ nube serena
Fata tibi fuscent, atque halcedonia mutent;
Sic tibi perpetuo Marie Dea iuncta cubili
Æternâ vernet sobole, incunabula flores
Innumeros fundant, quæ sceptra accepta tot altis
Patribus, ad plures transmittat firma nepotes.